

nomine dicte universitatis fui absolutus et omnimode pleneque libertati restitutus, coram eodem rectore suisque assessoribus personaliter | constitutus, non coactus nec errore circumventus, sine dolo et fraude, secluso omni metu et timore, spontanea et libera voluntate bene et mature deliberatus, irrevocabiliter promisi et presentibus promitto, quod
 5 propter dictam meam detentionem seu incarcerationem aut quecunque alia huiusmodi incarcerationem respiciencia, sive ex eadem emergentia, incidentia, dependentia aut connexa, non velim impetere, molestare, vexare seu quovis alio modo perturbare in persona, bonis aut rebus, actione vel ultione, per me vel per alium seu quamcunque personam
 10 aliam, directe vel indirecte, publice vel occulte, tacite vel expresse illustrissimos principes, dominos lantgravios Thuringie et marchiones Misnenses aut alique seu aliquos de subditis suis, et presertim opidum Lipcensem aut aliquam personam spectantem ad ipsum aut universitatem nominatam vel aliquod suppositum eiusdem cuiuscunque status sive condicjonis existat. Quam quidem promissionem manu stipulanti domino rectori memorato sponte approbavi, et nichilominus omnia et singula prescripta post promissionem, ut premittitur, peractam, iuramento solito et consueto inconcusse observare rati-
 15 ficari et signanter, quod non velim per me vel per quempiam alium quibuscunque modis exagitatis sive excogitabilibus super premissis et iuramento a sede apostolica aut a quocunque alio conformem auctoritatem habente dispensationem impetrare seu obtinere, nec impetrari procurare, nec etiam impetrata uti. Renuntio denique scienter et expresse per
 20 presens scriptum, prout etiam verbo, actu renuntiavi, coram prefato domino rectore suisque assessoribus omni actioni reali et personali, utili et directe, quam contra pretactos omnes et singulos aut aliquem ipsorum habere possem vigore detentionis sepe dicte. In premissorum omnium et singulorum fidem et evidens testimonium presentem recognitionem iussu meo proprio conscriptam sub anno domini millesimo quadringentesimo
 25 vigesimo secundo die quinta mensis iulii per sigilli mei subappensionem duxi roborandam.

15.

Markgraf Friedrich von Meissen der Aeltere bestätigt die Stiftung des Collegi U. L. Frauen und verordnet, dass dasselbe den beiden andern Collegien vollständig gleichgestellt sein solle.

Grimma, [1422] Dec. [14].

- 30 Hdschr.: Copialbuch U des Frauenkollegs der Universität fol. 1b.
 Gedr.: Collegium beatae Marie virg. in universitate Lipsiensi 23 und 24.
 Anm.: Vergl. über das Datum Zarncke, urkundliche Quellen 768 No. 2.

Fridrich lantgrave in Doringen und marcgrave zcu Missen der elder. Unssern
 grus czuvor, libenn besondern unnd andechtigenn. Wenne wir das huß das mann
 35 nennet collegium unsser liebenn frawen vor ein collegium habenn wollen glich den
 andern czween collegien, und haben ouch darzu gegeben alle freiheit und gerechtikeit
 als die gnannten czweie collegia vorausgesaczt sein, und wollenn auch das vor ein colle-
 gium genant habenn, davon begehren wir von uch mit ganzem ernnsten vleisse und